

✠ In nomine domini dei Salvatoris nostri Jesu christi. Imperante domino nostro elexium magno. Imperatore anno tricesimo quarto: sed et ioannes eius filio porfirogenito magno imperatore anno vicesimo tertio die decima mensis iulii indictione octaba neapoli. Vysus itaque fuit domino marino filio quondam hvone memorie domini landolfi qui fuit dux civitatis gaiete et quondam domine inmilgla ducissa iugalium personarum: *Ipsae autem . . . . .* per absolutione gloriose potestatis domini ioannis in dei nomine etminentissimus consul et dux atque domini gratia magister militum et imperialis protosevasto exadelfo germano suo et una secum abendo abbotatore domino ioanne qui nominatur de acerre filio quondam bernardi qui fuit *comes de sessula et de acerra quem ipsa gloriosa potestas* ad eum abbotatorem dedi eo quod ipse non est in legitimam etatem accipere per chartula in die octaba de magio mense de indictione sexta qui iam preterit da stephano isabro qui nominatur de pulverico et theodora oc est iugalibus et da stephano *marenario . . . . .* hoc est iugalibus: filio et nurua quondam petri. idest auri tari viginti boni de amalfi diricti et pesanti quas ipse dedi et recollegi da quidem petro diacono qui nominatur demagi filio quondam idem magi Idest integrum orticellu qui antea domo edificata fuit . . . . . unde ad eum chartula recetatiba fecit: posita vero intus anc civitatem neapolis intus trasenda et anditum commune quod exiet in platea publica qui pergit ad porta domini ursi tata (1) et pro memorati tari quas da eis accepi ad eis et ad illorum heredibus dedi memoratum integrum orticellum quod antea domo fuit. insimul una cum aheribus et aspectibus suis. et cum introitum suum

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel trentesimo quarto anno di impero del signore nostro Alessio grande imperatore ma anche nel ventesimo terzo anno di Giovanni porfirogenito suo figlio grande imperatore, nel giorno decimo del mese di luglio, ottava indizione, **neapoli**. Domino Marino, figlio del fu domino Landolfo di buona memoria già duca della città di **gaiete** e della fu domina **inmilgla** duchessa, coniugi, *lo stesso inoltre . . . . .* con il permesso della gloriosa potestà di domino Giovanni, nel nome di Dio eminentissimo console e duca e per grazia del Signore magister militum e protosebasta imperiale, cugino suo, e con se avendo come avvocato domino Giovanni detto **de acerre** figlio del fu Bernardo già *conte di sessula e di acerra, il quale la stessa gloriosa potestà a lui diede come avvocato* poiché lo stesso non era in età legittima, ritenne dunque opportuno di accettare mediante atto, nel giorno ottavo del mese di maggio della sesta indizione passata, da Stefano Isabro detto **de pulverico** e Teodora, cioè coniugi, e da Stefano *Marenario . . . . .*, cioè coniugi, figlio e nuora del fu Pietro, venti buoni tarenì d'oro di **amalfi**, diritti e pesanti, che lo stesso diede e riprese invero dal diacono Pietro detto **demagi**, figlio del fu omonino **magi**, l'integro orticello che era davanti alla casa costruita . . . . . di cui a lui fece atto di accettazione, sito invero dentro questa città di **neapolis** nel vicolo e nel passaggio comune che esce sulla via pubblica che conduce alla porta **domini ursi tata** e per gli anzidetti tarenì che da loro accettò, diede a loro e ai loro eredi il predetto integro orticello davanti alla casa un tempo *costruita*, con le luci e le sue parti esterne e con il suo

et omnibusque eius pertinentibus etiam dedi ad eis ipsa chartula que memorato petro diacono ad eum fecit: in tenore quatenus illut habere et detinere seu frugiare debere. et de ipsas frugias faciendi que voluero usque in illu constitutu duos annos expletos et si infra constitutum benissent ioanne qui vocatur maiurido defiso suo filio ubullotta et de maria maiurina simul defisis suis. et ad eis et ad illorum heredibus dare volere auri tari viginti quattuor boni de amalfi diricti et pesanti ipsis illos recipere debere etiam et ad eis rendere debere ipsa chartula una cum ipsa chartula recitatiba: et si da tunc usque in memoratu constitutu duos annos expletos non benissent memorato ioanne defiso suo. aut si ipse ad eis dare nolere memorati auri viginti quatuor. tunc in omni transacto. at memoratis iugalibus et cognatis et illorum heredibus abere debere memoratum integrum orticellum cum suis omnibus pertinentiis. et ibidem licentiam et potestatem abere et facere et edificare domos sicuti alii abere fuit: et est coniunctu ipsu orticellu quod antea domo fuit a tribus partibus cum domu et ortu monasterii de ecclesia sancti sebastiani et dum quartam parte domum de maria maiurino per quam ibidem introitum habere debere. In omnem hordine et tenore sicuti . . . . quod in omnibus ipsa chartula videatur continere: postea vero iterum visus fuit memorato domino marino filio memorati quondam vone memorie domini landolfi senatori et dux civitatis gaieta et quondam memorata domina inmiglia ducissa iugalium personarum: ipse autem per absolute gloriose potestatis iam dicti domini ioannis in dei nomine etminentissimi consul et dux. atque domini gratia magister militum et imperialis protosevaste exadelfo germano suo: et una secum abendo abbotatore domino ioanne qui vocatur de acerre filio quondam domini bernardi qui fuit comes de sexula

ingresso e con tutte le cose ad esso pertinenti. Inoltre diede a loro l'atto che il predetto diacono Pietro diacono fece a lui nella condizione che lo dovesse avere e tenere e prenderne i frutti e degli stessi frutti di farne quel che voleva fino al termine stabilito di due anni completi e se entro il termine stabilito venivano Giovanni detto Maiurino, defiso suo figlio di **ubullotta** e di Maria Maiurino parimenti defisi suoi e a loro e ai loro eredi voleva dare ventiquattro buoni tarenii di **amalfi**, diritti e pesanti, gli stessi li dovevano accettare e a loro doveva restituire l'atto insieme con l'atto di accettazione. E se da allora fino al predetto termine stabilito di due anni completi non veniva il predetto Giovanni defiso suo o se lo stesso a loro non voleva dare i predetti ventiquattro tarenii d'oro, allora in ogni transazione gli anzidetti coniugi e cognati e i loro eredi dovevano avere il predetto integro orticello con tutte le sue pertinenze e ivi avere licenza e potestà di fare e edificare la casa come gli altri l'avevano avuta. E lo stesso orticello davanti alla casa un tempo *costruita* é adiacente da tre parti con la casa e l'orto del monastero della chiesa di san Sebastiano e dalla quarta parte con la casa di Maria Maiurino per la quale là si deve avere l'ingresso. In ogni ordine e tenore come . . . . che in tutto lo stesso atto risulta contenere. Successivamente invero il predetto domino Marino, figlio del fu domino Landolfo di buona memoria già senatore e duca della città di **gaiete** e della fu domina **inmiglia** duchessa, coniugi, lo stesso inoltre con il permesso della gloriosa potestà del già detto domino Giovanni nel nome di Dio eminentissimo console e duca e per grazia del Signore magister militum e protosebasta imperiale, cugino suo, e con se avendo come avvocato domino Giovanni detto **de acerre**, figlio del fu domino Bernardo già conte di **sexula** e di

et de acerre. quem ipsa gloriosa potestas. ad eum abbatorem dedi propter quo ipse non est perductum in legitima etatem: venundare per chartula venditionis in die quarta de mense ianuario de indictione octaba ista in qua modo sumus. in auri solidos quattuordecim boni de amalfi diricti et pesanti de tari ana quattuor tari per solidum minus tare unum: at memorato stephano marenario qui nominatur castrato et at memorata maria hoc est iugalibus filio et nurua memorati quondam petri et at theodora filia quondam stephani qui nominatur sissano relicta quondam stephani qui nominatur pulderico. hoc est cognatis seu uterinas germanas. Idest integras modica Inferiora cellarii sui. qui est constituta subtus superiora illorum. et de heredes memorati stephani pulderico viro de memorata theodora: seu venumdedi et tradidi ad eis et integru orticellu suo. quod antea domo edificatum fuit. qui est ante ipsa modica inferiora parte orientis. insimul posita vero intus memorata curte et transenda. qui est iuxta memorata platea publica qui badit ad porta memorati domini ursi tata regione arcocabredatu. una cum aheribus et aspectibus suis et cum quantum ad *hoc pertinet* de memorata curte et de iam dicta trasende et de regia et a . . . . abintus ipsa regia insimul commune. unde quantum ad oc pertinet ad eis illut venumdedi et cum introitum suum omnibusque eius pertinentibus pertinente ad eum per comparatum per chartula comparationis sua. que ad eum exinde fecit memorata maria defisa sua filia quondam gregorii qui vocatur maiurino: et quondam maria que fuit filia quondam petri qui nominatur sissano iugalium personarum: relicta quondam memorati ubulocta qui fuit defiso suo que vero memorata chartula comparationis sua. in presentis aput eis illa remansi pro eorum heredumque illorum defensione. coherente at memorata modica inferiora cellarii et at

domino Bernardo già conte di **sexula** e di **acerra**, il quale la stessa gloriosa potestà a lui diede come avvocato poiché lo stesso non aveva raggiunto l'età legittima, del pari ritenne opportuno di alienare mediante atto di vendita nel quarto giorno di questa ottava indizione in cui ora siamo per quattordici buoni solidi d'oro di **amalfi**, diritti e pesanti, ciascun solido di quattro tareni, meno un tareno, al predetto Stefano Marenario detto Castrato e alla suddetta Maria, cioè coniugi, figlio e nuora dell'anzidetto fu Pietro, e a Teodora, figlia del fu Stefano detto **sissano**, vedova del fu Stefano detto Pulderico, cioè cognati e sorelle uterine, l'integro piccolo piano inferiore, sua cantina, che é posto sotto il piano superiore di loro e degli eredi del predetto Stefano Pulderico marito della predetta Teodora. E anche vendette e consegnò a loro l'integro orticello suo davanti alla casa un tempo costruita e che é davanti allo stesso piccolo piano inferiore dalla parte di oriente, parimenti invero posti nell'anzidetto cortile e vicolo che é vicino alla suddetta via pubblica che conduce alla porta anzidetta di **domini ursi tata** nella regione **arcocabredatu**, con le luci e le parti esterne e con quanto a *ciò é pertinente* del suddetto cortile e del già detto vicolo e della porta e a . . . . da dentro la stessa porta del pari in comune. Di cui quanto ciò é pertinente vendette a loro con il suo ingresso e con tutte le loro pertinenze, appartenente a lui per compera mediante suo atto di acquisto che a lui dunque fece l'anzidetta Maria defisa sua, figlia del fu Gregorio chiamato Maiurino e della fu Maria già figlia del fu Pietro detto **sissano**, coniugi, vedova del fu anzidetto **ubulocta** che fu suo defiso, il quale menzionato atto di acquisto invero presso di loro al momento consegnò a loro per difesa loro e dei loro eredi. Confinante con il predetto piccolo piano inferiore,

iam dictum orticellum qui antea domo edificata fuit qui insimul est in uno coniunctum quas insimul ad eis illut venumdedi de uno latere parte meridiana est memoratum alium orticellum. qui antea domo edificata fuit de ipsis comparatoris. et de ipsis heredes memorati stephani viro de memorata theodora que ipse ed eis et ad memorato stephano pulderico. illut venumdedi per ipsa halia chartula sicuti inter se pariete qui est iuxta modica inferiora quas had eis venumdedi exfinat: de alio latere parte septemtrionis est et domun illorum et de memorati heredes memorati stephani pulderici. de uno capite parte occidentis. est ortum monasterii iam dicti sancti sebastiani ut inter se pariete exfinat: in quo habet dossicie de alio capite parte orientis est memoratum anditu commune unde quantum ad oc pertinet ad eis illut venumdedi per qua ibidem ipsum introitum abere debere. et licentiam et potestatem abere ipsis et illorum heredibus ipsum orticellum quod superius ad eis venumdedi domu facere et edificare qualiter ab antea fuit in omnem ordine et tenore sicuti et quomodo in omnibus ipsa chartula videtur continere. Modo vero benistis vos videlicet dominus iacobus venerabilis igumenus memorati monasterii sanctorum sergii et bacchi qui nunc congregatum est in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium. vos autem una cum cunctas vestras congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. et quesistis nos memorato stephano marenario qui nominatur castrato et memorata maria Sissana hoc est iugalibus et memorata theodora relicta quondam memorati stephani isabrii qui nominatur pulderico. et petro et stephano et marocta et ioanne uterinis germanis filiis quondam memorati stephani isabrii qui nominatur pulderico qui de memorata theodora. abuit

con il predetto piccolo piano inferiore, cantina, e con il già detto orticello davanti alla casa un tempo costruita, che sono l'un l'altro adiacenti e che insieme a loro vendette, da un lato dalla parte di mezzogiorno é il predetto altro orticello davanti alla casa un tempo costruita degli stessi compratori e degli eredi del suddetto Stefano marito della predetta Teodora che lo stesso a loro e all'anzidetto Stefano Pulderico lo vendette mediante altro atto, come tra loro delimita il muro che é vicino al piccolo piano inferiore che a loro vendetti. Dall'altro lato dalla parte di settentrione é anche la casa di loro e dei predetti eredi del suddetto Stefano Pulderico. Da un capo dalla parte di occidente é l'orto del già detto monastero di san Sebastiano, come tra loro delimita il muro in cui vi sono finestrini. Dall'altro capo dalla parte di oriente é l'anzidetto passaggio comune di cui per quanto a ciò é pertinente di quello che a loro vendette per il quale ivi debbono avere l'ingresso. E licenza e potestà abbiano gli stessi e i loro eredi nell'orticello che sopra a loro vendette di fare e costruire una casa come prima vi era in ogni ordine e tenore come e nel modo in cui in tutto lo stesso atto risulta contenere. Ora invero veniste voi, vale a dire domino Giacomo venerabile egùmeno del predetto monastero dei santi Sergio e Bacco che ora é congregato nell'anzidetto monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **biridiarium**, voi inoltre con tutta la vostra congregazione di monaci del predetto vostro santo e venerabile monastero, e chiedesta a noi anzidetto Stefano Marenario detto Castrato e predetta Maria **Sissana**, cioè coniugi, e anzidetta Teodora vedova del anzidetto Stefano Isabro detto Pulderico e Pietro e Stefano e **marocta** e Giovanni fratelli uterini figli del fu anzidetto Stefano

hoc est insimul iugalibus seu uterinas germanas et cognato et genitrice et filiis seu nepotes: nos memoratis uterinis germanis per absolute gloriose potestatis domini ioannis in dei nomine eminentissimus consul et dux atque domini gratia magister militum et imperialis protosevasto et una nobiscum abendo abbotatore iam dicto domino qui nominatur de acerre filio quondam memorati domini bernardi qui fuit comes de sessula et de acerre quem ipsa gloriosa potestas nobis abbotatorem dedi eo quod non simus perducti in legitima etatem. dicendo pars vestra habersus nos hut non baluissemus nos nec memorato stephano pulderico viro et genitore et cognato nostro tollere vel comparare memorata integra dua orticella qui antea domo edificata fuit cum memorata modica inferiora. da memorato domino marino filio memorati quondam vone memorie domini landolfi senator et dux civitatis gaieta per memorate chartule propter medietatem exinde est de memorato vestro monasterio pertinentes. Ideo boletis da nos exinde recolligere medietatem: et pars nostra dicebat: ut nos illos comparare baluissemus: de qua multa haltercatione exinde inter nos abuimus. et perreximus exinde in publici at legem. et ibidem a parte nostra ostense et relecte fuerunt memorate duobus chartule que nobis et at memorato viro et genitori et cognato nostro fecit memorato domino marino. et alia una chartula venditionis que fecit sergio qui nominatur pentiuolo. filio quondam stephani pentiuoli et quondam drosu iugalium personarum Ipsa autem una cum voluntate quidem ioannes arvore cognato suo qui vocatur grallo: at tanda monaca amalfitana relicta quondam leoni clerici qui dicebatur de sanctu: sevastianum et dum ipsis iudices ipsa dicta nostra haudissent et memorate chartule intellexissent tribuerunt exinde inter nobis hoc iudicium: ut nos in

Isabro detto Pulderico, i quali ebbe dalla suddetta Teodora, cioè insieme coniugi e sorelle e cognato e genitrice e figli e nipoti, noi fratelli uterini con il permesso della gloriosa potestà di domino Giovanni nel nome di Dio eminentissimo console e duca e per grazia del Signore magister militum e protosebasta imperiale e avendo con noi come avvocato il già detto domino *Giovanni* detto **de acerre** figlio del fu anzidetto domino Bernardo già conte di **sessula** e di **acerre** che la stessa gloriosa potestà diede a noi come avvocato poiché non abbiamo raggiunto l'età legittima, dicendo la parte vostra contro di noi che né noi né il predetto Stefano Pulderico marito e genitore e cognato nostro potevamo prendere o comprare gli anzidetti integri due orticelli davanti alla casa un tempo costruita con l'anzidetto piccolo piano inferiore dal suddetto domino Marino figio del predetto fu domino Landolfo di buona memoria, senatore e duca della città di **gaieta** mediante gli anzidetti atti per la metà che dunque é appartenente al predetto vostro monastero e pertanto volete prendere da noi la metà e la parte nostra diceva che noi potevamo comprarli. Per la qual cosa abbiamo avuto tra noi grande contesa e siamo giunti in pubblico alla legge e ivi da parte nostra furono presentate e rilette gli anzidetti due atti che a noi e al predetto marito e genitore e cognato nostro fece l'anzidetto domino Marino e un altro atto di vendita che fece Sergio detto **pentiulo**, figlio del fu Stefano **pentiuli** e della fu **drosu**, coniugi, la stessa inoltre con la volontà invero di Giovanni Arvore detto Grallo, cognato suo, alla monaca Tanda Amalfitana, vedova del fu chierico Leone, che era chiamato **de sanctu sevastianum** e allorché i giudici ebbero ascoltate le nostre dichiarazioni e letto i predetti atti ci diedero questo giudizio, che noi in presente restituissimo a voi e al

presentis bobis et in ipso vestro monasterio renderemus medietatem de ipsum omnibus memoratis ut super legitur et fuit exinde inter nobis multa intentio: nunc autem domino deo auxiliante et per eloquia de bonorum hominibus ordine venimus exinde ad anc bona conbenienta asque omni sacramentum. ut bos daretis nobis auri tari quattuordecim de amalfi diricti et pesanti. at nostra potestatem faciendi exinde omnia que voluerimus et nos in presentis daremus et renderemus bobis. per ipsa medietate vestra de memorata dua horticella. Idest memoratum integrum orticellum qui antea dommum edificata fuit est coniunctum a parte meridiana cum ipsa dommum de memorata ecclesia vestra sancte agathe et a parte occidentis est memoratum hortum maiore memorati vestri monasterii: et nos haberemus memorata inferiora cellarii pictuli cum memoratum alium orticellum qui antea dommo edificata fuit qui ibi est ante se parte horientis per mensura ut inferius dicimus: et faceremus exinde inter nobis similiter chartule recitatibe. detitionis et redditionis seu promissionis ut inferius dicimus: etiam et bos nobis in presentis dedistitis idest memorati auri tari quattuordecim et pesanti et aput nos illa habemus at nostra potestatem. faciendi exinde omnia que voluerimus: Ita et nos memoratis uterinas germanas seu iugales seu genitrice et filios et thios et nepotes a nos memoratis uterinis germanis filiis memorati stephani pulderico per absolute memorati ducis. et nobiscum abendo memoratum abbotatorem iam dictum dominum iohne qui nominatur de acerre filio memorati quondam domini bernardi qui fuit comes de sessula et de acerre quem ipsa gloriosa potestas nobis abbotatorem dedi eo quod non sumus perducti in legitima etatem: per eodem iudicio. et per ipsa bona conbenientia et per hanc chartulam dedimus et rendidibimus, bobis memoratas de alia

che noi in presente restituissimo a voi e al vostro monastero metà di tutte le cose menzionate come sopra si legge e vi fu pertanto tra noi grande disputa. Ora poi con l'aiuto di Domineddio e per i consigli di onesti uomini giungemmo pertanto a questo accordo bonario, senza alcun giuramento, che voi diate a noi quattordici taren d'oro di **amalfi** diritti e pesanti, in nostra potestà pertanto di farne tutto quello che vorremo, e noi in presente diamo e restituiamo a voi per la metà vostra degli anzidetti due orticelli, vale a dire l'integro orticello che é davanti alla casa un tempo costruita, adiacente dalla parte di mezzogiorno con la casa della suddetta chiesa vostra di sant'Agata, e dalla parte di occidente é il predetto orto maggiore del predetto vostro monastero, e noi avremo il predetto piano inferiore, piccola cantina, con l'anzidetto altro orticello che é davanti alla casa un tempo edificata e che ivi é davanti dalla parte di oriente per le misure come sotto diciamo e facessimo pertanto tra noi similmente atti di accettazione, consegna, restituzione e promessa come sotto diciamo. Inoltre voi in presente avete dato a noi gli anzidetti quattordici taren d'oro, *diritti* e pesanti, e presso di noi li abbiamo in nostra potestà di farne pertanto tutto quello che vorremo e pertanto noi anzidetti fratelli uterini e coniugi e genitrice e figli e zio e nipoti, ma noi anzidetti fratelli uterini figli del suddetto Stefano Pulderico con il permessi del predetto duca e con avendo il menzionato avvocato, il già detto domino Giovanni detto **de acerre**, figlio del predetto fu domino Bernardo già conte di **sessula** e di **acerre**, il quale la stessa gloriosa potestà diede a noi come avvocato poiché non abbiamo raggiunto l'età legittima, per lo stesso giudizio e per lo stesso accordo bonario e mediante questo atto abbiamo dato e restituito a voi, menzionato per altro accordo,

conbenientia venerabilis igumenus memorati monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. bobis autem et at cunctas vestras congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et per oc in ipso sancto et venerabili vestro monasterio: pro ipsa medietatem que de ipsum omnibus memoratis in ipso vestro monasterio pertinuit: idest memoratum integrum orticellum qui antea dommo edificata fuit posita vero intus anc civitatem neapolis intus memorata curte commune qui est in memorate platea publici. qui badit ad ipsa porta domini ursi tata. regione arco cabredatum una cum arboribus et fructoras suas et cum aheribus et aspectibus suis et cum quantum ibidem pertinet de memorata curte commune et de trasenda commune et de regia commune et de anditum commune ab intus ipsa regia commune que per mensura esse debeat ut inferius dicimus. et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus. etiam dedimus bobis memorata chartula que nobis fecit memorato domino marino filio memorati quondam domini vone memorie domini landolfi senator et dux civitatis gaieta: et coeret sibi memoratum integru orticellum qui antea edificata fuit que in ipso vestro monasterio rendidibimus cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur a parte orientis est dommo distructa qui antea edificata fuit memorato vestro monasterio ubi est piscina propria memorati vestri monasterii et a parte occidentis est ortum maiore memorati vestri monasterii sicut inter se paries exfinat: et a parte meridiana est domo distructa de memorata ecclesia vestra sancte agathe iuris memorati vestri monasterii sancti sebastiani sicuti inter se paries exfinat. et a parte septemtrionis est memoratum cellarem pictulu. et memoratum alium orticellum que nobis

venerabile egùmeno del predetto monastero dei santi Sergio e Baccho che ora é congregato nell'anzidetto monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridiarium**, a voi poi e a tutta la vostra congregazione di monaci del predetto vostro santo e venerabile vostro monastero e tramite ciò allo stesso vostro santo e venerabile monastero per la metà che di tutte le cose anzidette sono appartenute al vostro monastero, vale a dire il predetto integro orticello che é davanti alla casa già edificata sito invero in questa città di **neapolis** nel predetto cortile comune che é nella suddetta via pubblica che va alla porta **domini ursi tata** nella regione **arco cabredatum**, con gli alberi e i loro frutti, e con le sue luci e parti esterne, e con quanto ivi é pertinente del predetto cortile comune e del vicolo comune e della porta comune e del passaggio comune da dentro la stessa porta comune che come misura deve essere come sotto diciamo, e con il suo ingresso e con tutte le pertinenze. Inoltre abbiamo dato a voi il predetto atto che a noi fece il predetto domino Marino, figlio del menzionato fu domino Landolfo di buona memoria, senatore e duca della città di **gaieta**. E il predetto integro orticello davanti alla *casa* già un tempo edificata che abbiamo restituito al vostro monastero con tutte le cose ad esso pertinenti, come sopra si legge, confina dalla parte di oriente con la casa distrutta che un tempo fu edificata davanti al predetto vostro monastero dove é la vasca propria del predetto vostro monastero. E dalla parte di occidente é l'orto maggiore del predetto vostro monastero come tra loro delimita il muro. E dalla parte di mezzogiorno é la casa in rovina dell'anzidetta chiesa vostra di sant'Agata di diritto del suddetto vostro monastero di san Sebastiano come tra loro il muro delimita. E dalla parte di settentrione é l'anzidetta piccola cantina

benumbedi memorato domino marino per ipsa halia chartula que aput nos abemus sicut inter se exfinat memorata pariete de memorata inferiora cellarii pictuli: hec autem memoratum integrum orticellum qui antea domo edificata fuit que superius bobis et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio dedimus et rendidimus cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur ab anc die et deinceps a nobis bobis et per vos in ipso vestro monasterio sit datum et traditum seu renditum in vestra vestrisque posteris et de memorato sancto et venerabili vestro monasterio sint potestatem ad abendum et possidendum illud ibidem usque in sempiternum: a nobis autem neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam vos aut posteris vestris nec memorato sancto hvestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum in perpetuum: Insuper et si quabis personas bos vel posteris vestris aut memorato vestro monasterio exinde quesierit per quobbis modum per nos aut per nostris heredibus sibbe pro vice nostras. tunc ista omni tempore nos et heredibus nostris bobis vestrisque posteris et ad ipso vestro monasterio personas illas exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni vestrisque posteris qualibet dammietatem et asque omni data occansione: Unde et vos memorato domino iacobus venerabilis igumenus memorati monasterii iam dicti sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. vos autem una cum ipsas cunctas vestras congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii per ipsa bona conbenientia et per alia simile chartula recapitulata similiter de ista que vos nobis odie fecistitis. repromisistitis et

settenzione é l'anzidetta piccola cantina e il predetto altro orticello che a noi vendette il menzionato domino Marino mediante l'altro atto che abbiamo presso di noi, come tra loro delimita il predetto muro del suddetto piano inferiore, piccola cantina. Inoltre questo predetto integro orticello davanti alla casa un tempo costruita che sopra abbiamo dato e restituito a voi e tramite voi al vostro santo e venerabile monastero, con tutte le cose ad esso pertinenti, come sopra si legge, da questo giorno e d'ora innanzi da noi a voi e tramite voi al vostro monastero sia dato e consegnato e restituito e in voi e nei vostri posteris e nel predetto vostro santo e venerabile monastero sia la potestà di averlo e possederlo ivi per sempre. E poi né da noi né dai nostri eredi né da persone a noi subordinate in nessun tempo mai voi o i vostri posteris o il predetto vostro santo monastero, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo in perpetuo. Inoltre se qualsiasi persona in qualsiasi modo chiedesse dunque a voi o ai vostri posteris o al predetto vostro monastero per noi o per i nostri eredi o in nostra vece, allora in ogni tempo noi e i nostri eredi per voi e per i vostri posteris e per il vostro monastero dobbiamo pertanto allontanare quella persona e zittirla senza alcun danno per voi e i vostri posteris e senza mancare alcuna data occasione. Pertanto anche voi anzidetto domino Giacomo venerabile egùmeno del menzionato già detto monastero dei santi Sergio e Bacco che ora é congregato nel suddetto monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridiarium**, voi poi con tutta la vostra congregazione di monaci del predetto vostro santo e venerabile monastero per lo stesso accordo bonario e mediante altro simile atto di riepilogo similmente di queste cose che voi oggi avete fatto a noi, avete

firmastitis nobis memorato stephano marenario. qui vocatur castrato. et memorata maria hoc est iugalibus et memorata theodora relicta memorati quondam stephani pulderici. et memorato petro et memorato stephano et ioanne et memorata marocta. uterinis germanis filiis memorati quondam stephani pulderici hoc est insimul iugalibus et uterinis germanas et cognato et genitrice et filiis et thio et nepotes nos memoratis uterinis germanis per absolute memorati duci et nobiscum abendo memoratum abbocatore. quia nunquam presummetis vos aut posteris vestris nec memorato vestro monasterio nec alias qualebis personas in vestris vicibus neque abeatis licentiam haliquando tempore. nos vel nostris heredibus querere aut molestare de memorata integra inferiora cellarii pictuli aut de memoratum integrum orticellum ante se parte orientis qui antea dommu edificata fuit una cum arboribus et fructoras suas. et cum aheribus et aspectibus suis et cum quantum ad oc pertinet de memorata curte commune et de memorata trasenda commune et de memorata regia commune et de anditum commune ab intus ipsa regia commune. et cum introitas suas. et omnibus sibi pertinentibus per nullum modum a nunc et imperpetuis temporibus. set in nostra nostrisque heredibus sint potestatem faciendi exinde omnia que voluerimus asque omni vestra vestrisque posteris et de memorato vestro monasterio qualibet contrarietatem: et insimul coeret at memorata modica inferiora cellarii et at memoratum orticellum ante se insimul iam proprium nostrum a parte orientis est memorata domum distructa de memorato vestro monasterio ubi est memorata piscina memorati vestri monasterii seum et ex parte de memoratum anditum commune qui est ab intus ipsa regia commune et abet ibidem. de latitudine memoratum orticellum vestrum passi duos

ripromesso e confermato a noi predetto Stefano Marenario detto Castrato e anzidetta Maria, cioè coniugi, e anzidetta Teodora vedova del fu Stefano Pulderico e predetto Pietro e Stefano e Giovanni e predetta **marocta**, fratelli uterini figli del suddetto fu Stefano Pulderico, cioè insieme coniugi e fratelli uterini e cognato e genitrice e figli e zio e nipoti, noi anzidetti fratelli uterini con il permesso del predetto duca e avendo con noi il suddetto avvocato, che giammai presumete voi o i vostri posteri né il predetto vostro monastero né qualsiasi altra persona in vostra vece, né abbiate licenza in qualsiasi tempo di pretendere o di molestare noi o i nostri eredi per il predetto integro piano inferiore, piccola cantina, o per il suddetto integro orticello davanti, dalla parte di oriente, alla casa un tempo edificata, con gli alberi e i loro frutti, e con le luci e le parti esterne, e con quanto a ciò é pertinente del predetto cortile comune e del predetto vicolo comune e dell'anzidetta porta comune e del passaggio comune da dentro la stessa porta comune, e con i loro ingressi e con tutte le cose loro pertinenti, in nessun modo e in perpetuo ma in noi e nei nostri eredi sia dunque la potestà di farne tutto quello che vorremo senza qualsiasi contrarietà vostra e dei vostri posteri e del predetto vostro monastero. E insieme é confinante con il predetto piccolo piano inferiore, *che é una cantina*, e con il suddetto orticello antistante, insieme già proprio nostro, dalla parte di oriente é l'anzidetta casa distrutta del predetto vostro monastero dove é la predetta vasca del suddetto vostro monastero e anche parte del predetto passaggio comune che é da dentro la porta comune, e ha ivi di larghezza l'anzidetto vostro orticello due passi e due palmi e tre once. E dalla parte di occidente é l'anzidetto orto maggiore del predetto vostro monastero come tra loro delimita il muro in cui vi sono

et palmos duos et uncie tres. et a parte occidentis est memoratum ortum maiore. memorati vestri monasterii sicuti inter se paries exfinat. ubi abet . . . . . : et a parte meridiana est memoratum alium orticellum vestrum que bobis retdidimus. et est ibidem de longitudine memoratum orticellum nostrum da pariete ex ipsu cellariolum vestrum in parte orientis usque ad ipsa domum distructa memorati vestri monasterii passos duos et palmos sex at memoratum palmum iustum et a parte septemtrionis est domo vestra sicuti inter se paries exfinat. et est iterum memoratum orticellum nostrum de longitudine iuxta memorata pariete similiter per mensura passos duos et palmos sex at memoratum palmum. at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie insuper et si quabis personas nos vel nostris heredibus de memorata inferiora cellarii et de memoratum orticellum nostrum quesierit per vos vel per posteris vestris vel per memorato vestro monasterio: tunc stati omni tempore vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio nobis nostrisque heredibus personas illas exinde desuper tollere et tacitos facere debeatis asque omni nostra nostrisque heredibus qualibet damietatem: et exe debeas memoratum anditum commune ab intus ipsa regia commune per mensura de latitudine quantum est ipsa regia commune et de longitudine da illo orticellum que ibi est iuxta ipsa domum vestra memorati vestri monasterii parte orientis. husque ad ipsa pariete ex ipsa domum nostra: et ad ipsu orticellum nostrum qui ibi est at a memorata parte occidentis: et licentia et potestatem abeamus nos et heredibus nostris memoratum orticellum nostrum cum memorata superiora nostra que ibi est super ipsa inferiora nostra laborare et edificare et estruere et ostracare et cohoperire et in altua retdere quantum

*finestre.* E dalla parte di mezzogiorno é l'anzidetto altro orticello vostro che vi abbiamo restituito ed é ivi di lunghezza il predetto orticello nostro dal muro della vostra piccola cantina dalla parte di oriente fino alla casa distrutta del predetto vostro monastero due passi e sei palmi secondo il menzionato palmo giusto. E dalla parte di settentrione é la casa vostra come tra loro il muro delimita ed é di nuovo il predetto orticello nostro di lunghezza vicino al predetto muro similmente di misura due passi e sei palmi secondo l'anzidetto palmo, secondo il passo ferreo della santa chiesa **neapolitane**. Inoltre se qualsiasi persona chiedesse a noi o ai nostri eredi per l'anzidetto piano inferiore, *che é una cantina*, e per il predetto orticello nostro per voi o per i vostri posteris o per il predetto vostro monastero, allora immediatamente in ogni tempo voi e i vostri posteris e il predetto vostro monastero per noi e per i nostri eredi dovete pertanto allontanare quella persona e zittirla senza alcun danno per noi e i nostri eredi. E il predetto passaggio comune da dentro l'anzidetta porta comune deve essere come misura di larghezza quanto é la porta comune e di lunghezza da quell'orticello che ivi é vicino alla vostra casa del predetto vostro monastero dalla parte di oriente fino al muro della casa nostra e all'orticello nostro che ivi é dalla predetta parte di occidente. E licenza e potestà abbiamo noi e i nostri eredi di lavorare e edificare e innalzare e pavimentare e coprire e portare in alto quanto vorremo il predetto orticello nostro con l'anzidetto nostro piano superiore che ivi é sopra il nostro piano inferiore ma facciamo correre la grondaia sopra l'orto del predetto vostro monastero che ivi é dalla parte di occidente. Similmente quando a voi e ai vostri posteris piacerà e vorrete lavorare e edificare e innalzare e pavimentare il

boluerimus set grundarius decurrere faciamus super ipsu ortum memorati vestri monasterii qui ibi est: a parte occidentis hsimiliter et quandoque vobis vestrisque posteris placuerit memoratum alium orticellum vestrum laborare et edificare et estruere et ostracare et cohoperire volueritis licentiam habeatis set grundarius decurrat in parte occidentis in memoratu ortum vestrum vel in parte meridiana et orientis in proprium ubi bobis placuerit: set in ipsa domu nostra in qua nos comparavimus habet in alium pariete qui est a parte orientis iuxta memorata curte commune de inferius abet dua paria de reggis unu parium in parte de illis gradis vestra qui sunt in memorata curte commune et alium parium subtus ballatorium nostrum de caput de memoratis gradis nostre: et de superius abet alia dua paria de regiis et una fenestra: que ibi de omni tempore abere debeamus pro intrandi et exiendi in memorata domo nostra die noctuque cum omni nostra utilitatem ut continet alia simile chartula que vos nobis exinde dare fecistis que aput nos abemus quia ita nobis conbenit: sin autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et ad ipso vestro monasterio auri solidos sexaginta bithianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum gregorius curialis per memorata indictione ✠ hoc signum ✠ manus memoratis iugalibus et uterinis germanis et genitrice et filios et cognatos et thios et nepotis memoratis uterinis germanis per absolute memorati ducis et post subscriptione testium pro eis subscripsi

✠ ego leo filius supradicti domini leoni per absolute suprascripti duci testi subscripsi ✠

✠ ego gregorius filius domini petri per absolute suprascripti duci testi

predetto altro orticello vostro, abbiatene licenza, ma la grondaia decorra dalla parte di occidente nel predetto orto vostro o dalla parte di mezzogiorno e oriente proprio dove a voi piacerà. Ma nella casa nostra in cui noi abbiamo comprato ha in un altro muro che é dalla parte di oriente vicino all'anzidetto cortile comune, di sotto ha due paia di porte, un paio dalla parte di quei gradini vostri che sono nel predetto cortile comune e un altro paio sotto il ballatoio nostro in capo ai predetti nostri gradini e di sopra ha altre due paia di porte e una finestra che ivi in ogni tempo dobbiamo avere per entrare e uscire nella predetta casa nostra giorno e notte con ogni nostra utilità, come contiene l'altro simile atto che voi pertanto avete fatto dare a noi e che abbiamo presso di noi. Poiché così fu tra noi convenuto. Se poi diversamente facessimo di tutte queste cose menzionate in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora noi ed i nostri eredi paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteris e allo stesso vostro monastero sessanta solidi aurei di Bisanzio e questo atto, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del curiale Gregorio per l'anzidetta indizione. ✠ Questo è il segno ✠ della mano dei predetti coniugi e fratelli uterini e genitrice e figli e cognato e zio e nipoti, gli anzidetti fratelli uterini con il permesso del predetto duca, e dopo la sottoscrizione dei testimoni per loro sottoscritti.

✠ Io Leone, figlio del sopraddetto domino Leone, con il permesso dell'anzidetto duca come teste sottoscritti. ✠

✠ Io Gregorio, figlio di domino Pietro, con il permesso dell'anzidetto duca come teste sottoscritti. ✠

✠ Io Giovanni, curiale e scriniario, con il permesso dell'anzidetto duca come teste sottoscritti. ✠

subscripsi ✘ ✘ ego ioannes curialis scriniarius per absolute memorati ducis testis subscripsi ✘ ✘ Ego gregorius Curialis: Complevi et absolvi per memorata indictione ✘	✘ Io curiale Gregorio completai e perfezionai per l'anzidetta indizione. ✘
--	---

**Note:**

(1) Portam *Domini Ursi Tatae*, quae inter antiquiores Urbis Nostrae est aenumeranda, eo nomine fuisse donatam constat ex nonnullis, quae ibi condita erant, aedificiis, quaeque ad Ursum Tatam tunc temporis pertinebant. Visabatur in ea quidem via ubi nunc aedes extat, quae *S. Pietro a Majella* appellatur. Confer Tarcagnotam, Denticem, aliosque tum veteres tum recentiores historicos, qui huiusce portae mentionem habent. Vel Joannes Villanus de ea loquitur in suis annalibus (*cap. 52*), cum de Saracenorum in nostras regiones incursionibus, sermonem instituit. Affirmat enim barbarorum agmina, cum ab Africa atque Hispania ad nostras oras appulissent, ac terra marique Neapolim obsidione anno 788. cinxissent tandem per subterraneas specus, indeque per eam, de qua loquimur, portam Neapolitane urbis moenia in sedisse. De eadem quoque porta aliisque, quae ad septentrionem spectabant, mentionem facere Procopius videtur. (*De bello Gothico lib. 1 c. X.*) Ibi enim dicitur Belisarius, cum signo a suis militibus accepto, Neapolim ingressos eos per aquaeductum intellixisset, urbis portas reclusisse, ut reliquis copiis aditus patefieret. Non abs re erit ejusdem Procopii verba referre: *Quarta pars noctis adhuc supererat, cum suggesti omnes ad moenia succedunt ac turrium duarum custodes incautos trucidant, ad illam murorum partem quae Septentrionem spectat; ubi Belisarius cum Bessa ac Photio stabat, incepti successum cupidissime expectans. Illi tubis vocarunt ipsos ad murum: cui scalas cum applicuisset Belisarius, et inde milites jussisset ascendere, accidit, ut nullae pinnae pertingerent: quippe fabricati illas in occulto opifices, non potuerant iustam assequi longitufinem. Quare binis invicem colligatis, per utrasque scandendo, milites pinnae superavere.* Et paulo post: *portis jam reclusis Romanorum omnis exercitus intravit.* Heic denique animadvertamus oportet, Carolo V Imperatore, cum nempe urbs nostra amplior evasisset, huiusmodi portam fuisse translata prope aedem S. Mariae de Constantinopoli dicatam, atque ideirco *porta di Constantinopoli* ad nostram usque aetatem apud omnes audivisse. Hodiedum vero frustra in hisce locis requiritur, nam ut pronius iter viatoribus sterneretur, fuit solo aequata.